



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

III. Refellitur hæresis Eutychetis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)

CAPUT III.

Refellitur hæresis Eutychetii.

RIM V M igitur, duas esse in Christo naturas, contra primum Eutychetis errorē, testantur illa ep̄ba Domini Ioan. 3. *Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, Filius hominis quæcumque est.* Certè iste qui loquebatur, & videbatur, & Filium hominis dicebat, secundum eam naturam, per quam videbatur, loquebatur, & Filius hominis erat, non erat tunc in cælo, sed tantum in terra, id est, in domo cum Nicodemo, neque enim Deus, sed homo, quia Deus non potest audiri, vides tangi corporeis sensibus. Neque descenderat de cælo, sed natus erat in terra ex muliere. & tamen iste idem assertus descendit de cælo, & etiam tunc, cùm loquebatur in tempore, se esse in cælo. ergo alteram naturam Christus habet, præter humanam, secundū quam potuit esse in cælo, quando secundum humanam erat in terra.

Idem probatur ex verbis Domini Ioan. 5.10. & 14.10. In an. 5 dicitur: *Non solum soluebat Sabbathum, sed etiam suum dicebat Deum, & qualem se faciens Deo.* Ioan. 14.10. dicitur: *Ego & Pater unus sumus.* Vnde Pharisæi recte colligerunt, Christum per ea verba se Deum assertere volebant. In an. 14. Pater, inquit, *maior me est.* Non autem ponit modo fieri, vt secundum eandem naturam esset Panayalis, immò unum cum illo, & tamen minor Pater.

Præterea Ioan. 8. Dominus ait: *Antequam Abraham fui ego sum.* At ille idem natus erat in diebus Augusti Caligulae, Luc. 2. & habuerat XXX. annos, anno XV. Tybenij. Lut. 13. autem potest fieri vt idem, secundum idem, fuerit antebellum & post Abraam. Ioan. 20. Thomas postquam videtum fortè tetigerat Domini cicatrices, exclamauit: *Dominus meus, & Deus meus.* At certè quod viderat & tetigisse erat Deus, sed caro, & tamen eum ipsum Deum & Dominum confitetur, cuius carnem viderat. igitur ille & Deus, & homo erat, quod etiam aperte docet S. Petrus, cùm ait Acta. 2. 22. *terram igitur Dei exaltatus effudit hoc donum quod vos habitis & auditis.* Nam exaltari non est Dei, sed creaturæ; & esse Spiritum sanctum non est creaturæ, sed Dei.

Item Paulus sic ad Episcopos loquitur Act. 20. *Spiritus sanctus posuit vos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* At Deus, ut Deus, non habet sanguinem, nam Spiritus est Deus; & qui habet sanguinem, ut sic, non est Deus, ergo qui est Deus, & sanguinem effudit, necessariò habet duas naturas. Rom. 9. *Quorum Patres, inquit Paulus, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula.* Hic Apostolus dicit, Christum esse ex parentibus Iudeis secundum carnem, & tamen simul esse Deum super omnia, nimirum secundum diuinitatem. Denique idem Paulus Philipp. 2. assertit Christum, *Cum in forma Dei esset, seruit formam accepisse.* Quæ verba explicans S. VIGILIVS lib. 2. *Mirum est, inquit, cur timeant quidam dicere duas naturas, cum Paulus dicat duas formas,*

Iam verò quod illæ naturæ non sint permixtæ, nec sit diuinitas versa in humanitatem, contra secundum errorem, probatur. Nam tota Scriptura clamat, Deum esse immortalem & incorruptibilem, ut Malach. 3. *Ego Dominus E&G nominator.* Num. 23. *Non est Deus Et Filius hominis Et mutetur.* Iacob. 1. *Apud quem non est transmutatio.* 1. Tim. 1. *Regi seculorum immortali inuisibili, E&C.* Et cap. 6. *Qui solus habet immortalitatem, E&C.*

Non esse autem diuinitatem natam, passam, mortuam, ut error tertius asserebat, tum ex dictis colligitur; nam qui est immutabilis, & immortalis, nec in tempore nasci, nec mori ullo modo potest secundum id, unde est immortalis & immutabilis: tum etiam quia Scripturæ cùm docent Christum in tempore natum, passum, & mortuum esse, addunt, secundum carnem: qua voce clare indicant, Christum non esse natum, nec passum, nec mortuum secundum diuinitatem. Rom. 1. *Quis factus est ei ex semine David, secundum carnem.* Et cap. 9. *Ex quibus est Christus secundum carnem.* Et 1. Pet. 3. *Mortificatus quidem carne, E&C.* Et cap. 4. *Christo igitur in carne passo, E&C.*

Adde postremò, ad confusionem eorum Lutheranorum, qui Deitati passionem attribuere non verentur, aliquot clarissima testimonia illustrum Ecclesiæ Doctorū. EPIPHANIUS hæref. 76. Aëtij, pag. 286. *Nam, inquit, neq; quod passus est Enigenitus in carne, passionē Deitati ipsius adsciscit.*

Et

Et infrà: Sed & ipse Dominus venit, & passibilitate in se
suscepta verè passus est, Deitate ipsius à passione aliena.
milia leges in Ancorato, pag. 357.

ATHANASIVS in epistola ad Epictetum: Quis, inquit, infi-
nus ista eructauit? & consubstantiale dicant corpus ex Maria
genitum cum Verbi diuinitate? aut quis ita impudicat, si vel
Verbis diceret, & vel animo cogitaret, ipsam Deitatem animo
sam fuisse? Et CYRILLVS in epistola ad Nestorium domini
Synodi Alexandrinæ: Dicimus, inquit, illum passum esse
resurrexisse, non quia Deus Verbum in sua natura passus
Deus namq; extra passionem est, sed quia corporaliter, quid
proprium ipsius factum est, passum sit.

S. ANASTASIVS lib. 4. qui est de passione, & irupibiliitate
Christi: Et Christum, inquit, passibilem fuisse inno-
tissimi Pauli loquitionem confitemur, non id alegre secun-
dum diuinam naturam, & neq; secundum humanitatem li-
cimus impassibilem. Et infrà: Est quidem Deus, qui patitur,
diuinitate interim nihil in se recipiente externa passionem.
ANNES DAMASCENVS lib. 3. cap. 4. Diuinitatem dicimus, eru-
de illa nominamus ea quæ humanitatis sunt proprietas
dicimus Deitatem passibilem.

S. AMBROSIVS lib. 10. in Luc. c. 49. Nec mors illa diuinitas,
sed quasi hominis fuit. Concilium HISPALENSE II. cap. 10.
tum, inquit, est crucis passionem diuinam applicare naturam, sed
tantum creabilem & humanae; sola enim caro crucis existens.
S. AVGUSTINVS lib. de hærel. c. 73. Est, inquit, heresi quæ dice-
in Christo diuinitatē doluisse cùm figeretur caro eius in cruce.
S. LEO epist. 10. Natura, inquit, insuolabilis natura est, non
passibili, & quod nostris remedii congruebat, nonne atque
mediator Dei & hominum Christus IESVS, & mori posset
uno, & mori non posset ex altero. B. VIGILIVS lib. 4. sp. 5. in qua
bonus idemq; Dei Filius & mortuus est secundum formam
ui, & non est mortuus secundum formam Dei.

¶ Propositio
Quod autem Christi caro sit eiusdem speciei cum nostra,
contra quartum errorem, & Christum non simulatorem, sed
verè natum, passum, mortuum esse, nullo negotio probu-
potest; nam Matth. 1. & Luc. 2. dicitur B. Virgo peperit
lumen suum primogenitum. quomodo autem potuit Virgo
Christum habere Filium, si Christi caro non fuit verè nata
extra

ex carne Virginis concepta? item Paulus ait, Hebr. 2. *Quia pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse participauit eisdem. Quid, quælo, est, eisdem, nisi eiusdem naturæ carni & sanguini?*

Iam verò Euangelia & Apostolorum epistolæ nōnne plurimorum mendaciorum argui deberent, cùm passim Christum hominem, & hominis Filium vocent, & matrem atq; cognatos habuissent, nec non esfuriuisse, comedisse, ambulasse, fatigatum esse, denique passum, mortuum, suscitatum affirmant? nec enim aliquid horum de phantasmate verè affirmari potest. Nec solum Scripturæ Christum hominem vocant ante resurrectionem, sed etiam postea. Nam Act. 7. Stephanus dicit, *Video calos apertos, & Filium hominis stantem à dextris Dei.* Et Paulus Act. 17. *Statuit Deus diem in quo iudicaturus est orbem in Ciro quem desinuit, &c.*

Deinde, si Christus non verè mortuus est, nec verè resurrexit, ergo non verè nos redemit, & adhuc sumus in peccatis nostris, ut Apostolus dicit 1. Cor. 15. Deniq; Luc. 24 cùm discipuli suspicarentur phantasma vel spiritū esse quod videbant, non verum hominem: *Dominus, ait, palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me vides habere.* Atque hæc ex Scripturis.

Nunc ex Conciliis idem probati potest. Nam contra hanc hæresim celebratum est Concilium CHALCEDONENSE, quod fuit omnium maximum, nempe DC. XXX. Episcoporum; & cùm in prima actione recitaretur fides Eucychetis & Dioscori, in qua continebatur, duas fuisse Christi naturas antevisionem, postea verò unam esse factam ex virtute, Concilium exclamauit: *Anathema est qui dixit ista, anathema est qui ista dixerunt.* Postea actione 5. in Symbolo fidei posuerunt hoc modo: *Confitemur in nouissimis diebus Filium Dei Unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indissise, inseparabiliter agnoscendum, nunquam sublata differentia naturarum propter Unionem.* Idem statutum est etiam postea in Concilio V. can. 2. in Concilio VI. act. 4. & 17. & Concilio LATERANENSI contra Monothelitas à Martino I. celebrato, consultatione ultima can. 4. & 6. in Concilio Toletano VI. ca. 1. Toletano XI. ca. 5. & 6. Hispalensi II. ca. 13. & aliis multis.

¶

Idem

Idem ex P atribus cōfirmari posset, sed Theodoretus, Leo, Vigilius, & Gelasius, necnon Hispanense Concilium II. ad labore leuāunt. THEODORETUS enim in dialogo, immutabilis; & in dialogo, Incōfusus; & in dialogo, Impatibilis, quibus hunc errorem refellit, adducit prolixè testimonia omnium fētē veterum Patrum qui ante ipsum fuerunt. Idem fecit S. LEO in epist. 97. ad Leonem Augustum, & B. VIGILIUS lib. 5. contra Eutychetem, & GELASIVS in libro de dubiis turis Christi; & Concilium II. Hispanense cap. vii, quia testimonia satis esse vobis visa sunt.

C A P V T I V.

Soluuntur argumenta que siebant olim aduersus ea, quae superiore capite demonstrata sunt.

SUPEREST soluere argumenta aduersariorum. PRIMVM occurrit auctoritas Patrum, & Conciliorum. Nam in ipso CHALCEDONENSIS Concilio actio. i. post epistolam Cyrilli ad Ioānum Antiochenum, Eustachius Episcopus Beritensis afferat, Lc. 1. illud scripsisse, non oportere intelligere in mysterio incarnationis duas naturas, sed unam naturam Dei Verbi incarnatam. Et in Concilio Lateranensi sub Martino I. dictum est, non confitentibus naturam Verbi incarnatam. Et in Concilio Chalcedonensi ab Eustachio tanquam si essent Cyrilli, verisimile est non esse Cyrilli, sed apposita tunc fuisse in operibus eius ab hereticis, Catholici enim in ipso Concilio multum reclamabant verbis illis auditis, dicentes ea dicitur heretici potius, quam Cyrilli videri. Porro quod Gregorius

RESPONDEO, naturam Verbi esse incarnatam dici possit, si intelligatur sano modo, ut explicat Concilium V. & Damascenus loco notato, nimis quod sit incarnata non per conuersionem in carnem, sed per unionem cum carnaria hypostasi Verbi: Quanquā verba quae citantur in Concilio Chalcedonensi ab Eustachio tanquam si essent Cyrilli, verisimile est non esse Cyrilli, sed apposita tunc fuisse in operibus eius ab hereticis, Catholici enim in ipso Concilio multum reclamabant verbis illis auditis, dicentes ea dicitur heretici potius, quam Cyrilli videri. Porro quod Gregorius